W. Nylander: Circa Lichenum Novo-Granatensium novas exploraciones Lindigianas.

Dr. Alex. Lindig nuper scientiam nova collectione Lichenum Novo Granatensium ditavit.

Anno 1863 praestantissimus collector, experientia insigni adjutus, praesertim operam dedit ut additamenta ad collectanea sua anteriora (anni praesertim 1860) conferret atque ut sic pleniorem vegetationis lichenosae illius regionis imaginem assequi liceret [1]). Nova quaedam loca exploravit et simul magis saxicolas respexit. Messibus recentissime reportatis incrementum haud parvum ceperunt Lichenes in Nova Granata nunc cogniti.

Loca 1863 explorata sunt: Rio Magdalena, altitudine 100 metrorum; Honda, altit. 200 metr.; Chucuri altit. 1100 metr.; Pie de Cuesta, Rio negro et Socorra, altit. 1200—1300 metr.; Pacho et Monte del Morro, altit. 2060—2200 metr.; Tequendama, altit. 2500 metr.; Bogota, altit. 2600—2700 metr.; Chiquinquira, altit. 2700 metr.; Guadalupe, altit. 2900 metr.

Sylvae procerae corticolas plurimas obtulerunt, et sane mirum est quomodo Lichenes in his silvis primaevis umbrosis aequinoctialibus truncos excelsos induunt. Difficultatem quidem summam iis adtingendis sistit altitudo truncorum nudorum; alibi simul corticum durities obstat. In regionibus editioribus rationes naturales europaeis rationibus magis congruae sensim occurrunt.

Collectio anni 1863 nunc a Domino Lindig distribuitur. Plures novitias continet, quae modo sequente ad genera varia accesserunt: *Stictina Andensis* coll. Lindig n. 124, eadem quam antea in Lich. Boliviens. duxi ad *St. umbilicariiformem* Hochst.), *Pertusaria thelocarpoides*, *Thelotrema terebratulum* (coll. Lindig. n. 129), *Th. gymnocarpum* [n. 128], *Th. conveniens*, *Th. inscalpens* [n. 41], *Ascidium rhabdosporum* [2]), *Lecidea iodea* [n. 42],

---

1) Notare fas sit, collectorem indolis Lindigii meritum aequale habere ac cultorem quidem optimum scientiae; nec nisi ope sagacitatis eximiae assiduitatisque strenuissimae collectanea talia coacervare licet. Jam in materiis colligendis opus est studio et cura peculiari; nisi scientiae animo materiae parantur, nihil boni vel fere utilis obtinetur. Quam rari autem sunt collectores qui eo animo excelluntⁱ! Naturam haud fragmentis sparsis exprimi, sed serie integra typorum perspiciunt; inde nisus fertilissimus et maxime emolumento scientiae conversus.

2) Quod in Nyl. Lich. Nov. Granat. 2, p. 46, memoratur sub *Thelotremate*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0621-2

L. melacheila [n. 43], *L. demutans* [n. 44], *Graphis colubrosa* [n. 131], *Gr. substriata* [n. 77], *Gr. aggregans* [n. 91]. *Gr. dissérpens* [n. 93], *Gr. sphalera* (accedens *chlorocarpae* Fée), *Gr. agminalis* [n. 143], *Opegrapha leucophila* (n. 108, affinis *O. onchosporae* Nyl.), *Platygrapha homoeoides*, *Pl. flaviseda*, *Pl. psoroleuca*, *Pl. elaeocarpa*, *Pl. lineolata*, *Arthonia aleurocarpa*, *A. analogella*, *A. pruinosula* [n. 6], *Chiodecton pterophorum*, *Chiod. subseriatum*, *Ch. separatum*, *Mycoporum sparsellum* (n. 62], *Verrucaria operta*, *V. pleiomera*, *V. papulosa* [n. 96], *V. myrionima* [n. 98], *V. thelothremoides* [n. 51], *Trypethelium phaeothelium* [n. 31], *Tr. Columbianum* [n. 97], *Tr. variatum* (affine *Trypethelio vario* Fée), *Astrothelium scorioides* [n. 23].

Multae deinde aliae species in collectione Lindigiana Novo-Granatensi nova notandae sunt, ex. gr.: *Leptogium pulchellum* Ach. [n. 15], *Calicium curtum* Borr., *Ramalina denticulata* Eschw. [n. 67], *Stictina Humboldtii* Hook. (huc pertinet etiam n. 707 collectionis Lindigianae anterioris), *Ricasolia crenulata* Hook. [n. 13], *R. subdissecta* f. *scrobiculata* [n. 66] et *deplanata* [n. 79], *Physcia dilatata* [n. 109], *Pertusaria subvaginata* Nyl. (n. 133, in collectione anteriore n. 2658, distinguenda a *Pert. globulifera* Turn. vel *Pert. multipuncta* ejusdem), *Thelotrema clandestinum* Fée [n. 90], *Th. cavatum* var. *amplius* [n. 99], var. *submutatum* [n. 58], var. *planius* [n. 64], *Th. concretum* [n. 59], *Ascidium discolor* (n. 4, est *Pyrenula discolor* Ach., in schedula collectionis Lindigianae nomine „*Thelotrematis dodecameri*“ designatur), *Lecidea conspersa* Fée, *Graphis Poitaei* Fée [n. 144], *Gr. intricata* Eschw., *Helminthocarpon Le Prevostii* [n. 139], *Platygrapha dilatata* Nyl. [n. 37 et n. 100], *Chiodecton perplexum* var. *subfibrosum* [n. 106] et var. *decussans* [n. 36], *Ch. seriale* Ach. [n. 33], *Normandina pulchella* (Borr.) jam altitudine 2500 metrorum, *Verrucaria heterochroa* Mnt., *V. diluta* Fée, *Trypethelium pallescens* [1]) var. *subdissocians* [n. 141 et 142], *Astrothelium diplocarpum* Nyl. (apothecia ei non semper bina in quovis stromate, sed saepe 3 vel etiam plura).

Saxicolas crustaceos speciatim recenseamus. Sunt e duobus

---

monosporo, e Louisiana, est *Ascidium postpositum* Nyl., quoque in Nova Granata obveniens.

1) *Verrucaria ochroleuca* Eschw. omnino identica est cum *Trypethelio pallescente* Fée. Numerus 146 collectionis Lindigianae transitum exhibet inter *Tr. pallescens* typicum et varietatem *subdissocians*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0622-8

locis, scilicet e Bogota (altitudine 2600 metr.), et e Honda (altit. 200—250 metr.).

Collectio Lichenum saxicolarum e Bogota continet species sequentes, quae jam haud parum conveniunt cum natura analoga europaea. Sunt: *Placodium murorum* var. *obliteratum* Pers. [n. 162], *Lecanora subfusca* var. *atrynea* Ach. [n. 165] et var. *coilocarpa* Ach. [n. 160], *L. glaucodea* [n. 164] [1]), *L. atra* Ach., *L. xanthophana* [n. 167], *Lecidea coarctata* [n. 165], *L. russula* (n. 157, var. *obscura* n. 158), *L. parasema* [n. 161] et var ejus *enteroleuca*, *L. contigua* f. *platycarpa* (Ach.), *L. polycarpa* Flk. ecrustacea (sporis long. circ. 0,011, crass. 0,0045 millim., non sit nisi *lithophyla* Ach. sporis minoribus), *L. tenebrosa* Flot., *L. umbricolor* [2]), *L. stellulata* Tayl. [n. 156], *L. petraea* Flot. [n. 159, etiam forma apotheciis sicut in var. *Oederii*, licet thallo coloris typici), *L. geographica* f. *viridiatra* Flot. — Omnes hi Lichenes ibi ad saxa arenaria obveniunt. Simul cum *Lecidea stellulata* vestigia *Parmeliae Mougeotii* Schaer. vidi.

Restat denique ut Lichenes saxicolae e Honda enumerentur; ad saxa trachytica et arenaria lecti sunt (plurimi ad saxi speciem, quae Andesites dicitur): *Physcia picta* (Sw.), *Pyxine Cocoës* var. *sorediata* (Ach.), *Lecanora aurantiaca* var. *erythrella* Ach. [n. 154], *L. umbrina* Ach. [n. 153], *L. diducta* [3]), *Lecidea*

---

1) *Lecanora glaucodea* Nyl. Thallus albido-flavescens subpulvereus tenuis indeterminatus vel subdeterminatus; apothecia pallida vel pallido-fusca glaucescenti-pruinosa mediocria, margine thallino integro vel subintegro; sporae 8nae incolores ellipsoideae, longit. 0,0011—14, crassit. 0,007 millim., hypothecium incolor. — Ad stirpem pertinet *Lecanorae subfuscae* et *glaucomae*.

2) *Lecidea umbricolor* Nyl. Thallus badio-fuscescens vel fuscus opacus tenuis, rimose-areolato-diffractus vel subareolatus vel depresso-granulatus, indeterminatus; apothecia nigra marginata plana (latit. 0,5 millim.); sporae 8nae incolores ellipsoideae, longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses crassiusculae, apice sensim longiuscule incrassatae et infuscatae, hypothecium subhymeniale incolor, parte infera tenui fusca. Gelatina hymenea iodo coerulescens, thecae dein apice late intensius tinctae. — Accedit versus *Lecideam intumescentem* Flot.

3) *Lecanora diducta* Nyl. Thallus sordide virescens inaequalis sat tenuis, subgranulatus, determinatus (varians albicans); apothecia obscure rufa (humida laetius rufescentia) biatorina plana, obtuse marginata, mediocria; sporae (ut in *Lecanora ferruginea*) longit. 0,010—16, crassit. 0,005—9 millim. — Ad saxa Andesite formata. Variat (var. *albicans*) thallo albido et interdum magis continuo rimuloso-diffracto, quo statu aegre distinguitur a *L. polypaena* (Ach.), qualis ad corticem Ceratoniae lecta fuit in Hispania a cel. L. Dufour. Pertinet ad Stirpem *Lecanorae cerinae*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0623-4

Andita [1]), *L. trachona* Flot. [n. 152], varians apotheciis pallidioribus et thallo virente [2]), *L. millegrana* Tayl. (forma apotheciis fusco-rufescentibus, junioribus margine albido-pruinoso), *L. endoleuca* f. *Laurocerasi* (Del. in Dub. Bot. Gall. p. 653 sub *Patellaria* [3]), *L. bacillifera* Nyl., *L. disciformis* (Fr.). — Sic etiam in regione calida character europaeus inter saxicolas praedominare videtur, atque sic probatur quod jam alibi indicavi, Lichenes saxicolas omnium latissimam praebere distributionem geographicam.

---

1) *Lecidea Andita* Nyl. Thallus glaucescenti-flavescens vel albidus tenuis leprosus indeterminatus; apothecia carneo-rufescentia vel carneo-rubella fere mediocria (latit. prope 1 millim. vel paullo minora), plana, obtuse marginata, aut saepe demum convexiuscula margine excluso, intus incoloria; sporae 8nae incolores fusiformes 5—7-septatae, longit. 0,018—27, crassit. 0,006—7 millim., paraphyses gracilescentes, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde obscurata. — Ad Andesitem. Facie fere *Lecideae sphaeroidis* Smmrf., sed sporis 7-septatis jam distinguitur.

2) Simul adest *Lecidea trachona* var. *chloroticoides*, cui thallus virescens (humidus laete virescens) sat tenuis granuloso-subleprosus indeterminatus; apothecia carneo-pallida (latit. 0,5—0,6 millim.), convexiuscula immarginata, intus incoloria; sporae fusiformes vel oblongo-fusiformes vel oblongo-attenuatae, 3-septatae, longit. 0,011—19, crassit. 0,0040—0,0045 millim. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein mox vinose rubens. — Ad saxa arenaria. Differt a *L. trachona* pallidiore thallo et hypothecio incolore; transitus vero non deesse videntur. Quaeratur prope *L. rubellulum* Nyl., sed distinguitur thallo virescente, apotheciis pallidioribus, paraphysibus aliis, etc.

3) *Lecidea endoleuca* f. *Laurocerasi* (Del.), thallo albido tenui conferte rimuloso aut subleproso; apothecia fusco-rufescentia (pro parte pallidius tincta) mediocria convexa (juvenilia solum obtuse marginata) intus albida; sporae longit. 0,052—70, crassit. 0,0035—0,0045 millim. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein vinose rubens. — Honda, supra Andesitem: Apothecia parte excipulari extus rufescente vel testacea. In europaeae sporae saepe sunt longiores (long. 0,053—95, crass. 0,0040—0,0045, septa numero 7—15). Tangit *L. luteolam* var. *fuscorubellam* (f. *propinquam* Stzb.).

Botanische Notizen.

Zu den Aufgaben der von der Kais. russ. geographischen Gesellschaft ausgesandten und Ende 1862 zurückgekehrten ostsibirischen Expedition zählte auch die botanische Erforschung. Maximowicz, Schrenk, Maak und Radde haben zwar für die Thäler des Amur und Ussuri, sowie für das Mandschurische Küstenland wenig zu thun übrig gelassen, aber es war Glehn doch ver-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0624-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1864

Band/Volume: 47

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Circa Lichenum Novo-Granatensium novas explorationes Lindigianas 617-620